



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Exponitur verior sententia. c. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

27. **T**ota difficultas præsentis disp. ad personam patris videtur reducta, quam nimirum ratione intelligitur esse constituta relatione, antequam actu generare; nam de aliis personis nulla profusi difficultas est, etiam si dicamus cum communis sententia, quam præced. disput. statuius, personas constitui relationibus. Si enim de persona filij loquamur, facile intelligimus, prius esse origine, quam ipsa persona intelligatur producta: prius enim consideramus rem produci, quam esse: cumque illa constituitur relatione filiationis, quæ consequitur generationem passivam, recte omnia constant. De Spiritu sancto eodem modo. Quare si in his duabus personis recte intelligimus, fundamentum relationum esse origines (ideo enim secunda persona est filius, qui generatur, & tertia spiritus, quia procedit, non contratur) cur etiam idem de persona patris non dicemus?

Quæstio non
est de confi-
tutione Pau-
tri ex natu-
ra rei, sed per
nostram rati-
onem.

Ceterum pro explicatione propolite difficul-
taris obseruandum est, constitutionem hanc per-
sonarum pro proprietates esse solum per ratio-
nem, vt superiori disp. c.2. probati est. Quocir-
cum queritur de persona patris, quoniam intelli-
gatur constituta, antequam generet, non inquiri-
mus de constitutione ex natura rei, secundum
quam ordine reali præcedat generationem : sed
de constit. in nostro intellectu, secundum quam
solum præcedit generationem constitutione
nostra, hoc est, qualiter à nobis cogitur pater,
antequam intelligatur generare, vtrum sub
ceptu paternitatis, an alio modo. Negari enim
non potest, aliquid à nobis intelligi, quod potens
sit generare, antequam intelligatur actu generare.
Illud autem quod principium ad generandum
conspicitur, debet esse persona, et non sola essen-
tia. Fatentur id omnes Scholastici citatum S. Th.
in art. 4. huius q. i. mo Bonar. in d. 27. i. part. disp. q. 1.
qui dixit, personas distingui originibus non rela-
tionibus. Quibus etiam accedit Henric. vt referunt
ab Scoto in 1. d. 28. q. vii. S. Alio modo. Et quolibeto 4. S.
Aliiter respondetur. Nec vllas hactenus negauit præter
recentiores allegatos, qui putant fuisse, prius
cogitari essentia quam actu essentiali intellectio-
nis

Sub quo autem conceptu intelligatur tunc constituta persona, non eodem modo sentiunt omnes: tamen contr. Marſi. iuxta varias ipsorum opinionones farentur, non posse considerari personam sub conceptu relationis paternitatis, quia ad filium actus refertur, de quibus haec tenet dictum est. Docent enim cum S. Thom. in illo artic. 4. originem quameunque priorem esse consideratione nostra, quam relationem personae (vt ipse ait) originantis, hoc est, quam relationem, quae respondet origini. Sic generatio prior est paternitate in sententia S. Thomae, & aliorum, sed quia eorum sententia difficultati propositae non satisfaciunt, ideo aliter philosophandum est.

Primo quidem, si personæ conceptu distincto & expresso concipiatur à nobis, recte intelliguntur relationis proprietatibus sub expressa & formalis ratione relationis constitui: sic enim concipiuntur iam tres personæ inuicem distinctæ suis relationibus, De filio & Spiritu S. v. paulo ante notauimus, id non videtur difficile: de patre etiam idem potest dici, si concipiatur non ante genera-

tionem, sed iam habens filium, & ab eo paternitate distinctus. Sed quia nostra consideratione patet præcedere potest generationem, necesse est, ut alio etiam modo à nobis concipiatur esse, antequam generare.

Ideo, secundo dicendum est, concipi posse pri-
mam personam patris, antequam intelligatur actu
generare, non quidem quod conceptus patris, id
enim repugnat, quia paternitas fundatur in ge-
neratione, ut præcedat, et probatur esse, sed quod conceptus
inaccessibilis, & secundi ad producendum. Prius
modo consideratur à Bonau. in d. 27, §. paritatis. ad
posteriori modo à Henric. ut referatur à Socino.
Adde, quod, cum dico; concipi à nobis prius
personam eo modo, antequam intelligatur gene-
rare, non assero, tunc necessario intelligi consti-
tam, sed simpliciter posse conceptu apprehendi. Cum
enim hæc constitutio sit tantum per rationem, ut
superius dictum est, non est necesse, semper per
sonam apprehendi constitutam. Quod si eter-
nalis constitutio, quocunque modo intelligitur,
deberet esse constituta: veluti, cum apprehendi-
mus animal prius homine, non est necesse, ipsum
apprehendere constitutum esse viuente & sensibili
hæc constitutio est per rationem, quæ tamē
est, quamdiu cogitatur: res autem potest vno, &
alio modo apprehendi: At realis constitutio ani-
malis ex corpore & anima non potest non esse in
ipso animali quoties à nobis cogitatur animal:
quia hæc non pendet ex nostra consideratione.
Quare, si patet constitui verum reale, quomo-
duncunque à nobis prius intelligeretur esse, quam
generare, deberet concipi saltem constituisse consti-
tutum proprietate reali.

Terzio nihil obstat, quo minus persona patris apprehendatur constituta, priusquam generetur essentia & proprietate illa, nec notione innascibilis, & secundum producendum, quam alibi ipse Bonauent. appellat fontalem plenitudinem, ut vidimus disp. 137. c. 5. possumus enim apprehendere essentiam à seipsa secundam, & secundum quasi contractam ad esse persone, ut possit producere; nondum autem intelligimus expresse rationem personæ. Possit autem hoc modo apprehendi primam personam, quid obstat? Si quidem ut secunda & iunascibilis cogitari potest, antequam generet, & antequam filii patet.

Quam generet, & inter quos
Hos vero duos modo constitutionis personarum non obscure tradiderunt *S. Thom.* & *Bernardus* S. Tho. in art. 4. huius quæstionis contendit, non posse concipi personam patris sub ratione patris, antequam intelligatur genus & sequi pateritatis generatione fundatur: ergo tunc concipitur personam primam, non expresse sub ratione patris, quia nondum intelligitur pateritatis; sed sub ratione cuiusdam forme hypotheticæ, quam nos nominamus aliquo quidditativo, q. ingenti, aut feruiali producenti, non denominatiue, quale est forma hypothetica, magis exprimimus. Postea vero q. 4. art. 3. docet inter personas non esse prioritatem rationis, quia relate sunt, quod cum superius doctrina non constaret, nisi personam alio modo considerasset. Nam si intelligitur prima persona priore esse, quam generare eam substantiæ prioritatem, quod rationem, quam persona filij modo producendum rationem, quam personam esse priorem ergo postea negare viam personam esse priorem alia consideratione nostra, nisi alio modo ipsam consideraret sub expressa ratione relationis.

fateretur, neminem posse plene & distincte intelligere personam patris, nisi paternitate intellecta, cum tamen plane fateatur in corpore, posse intelligi personam patris prius esse, quam generare, & tunc non concipi sub ratione patris, sed ingeneriti. Bisariam igitur primam personam considerat Bonauent. quid ergo mirum, si dupliciter quoque consideratione nostra constituitur, ut explicatum est: Ad id quod ea, quæ diximus. solum de constitutione primæ personæ intelligenda sunt. Nam de distinctione dicendum est, paternitate distinguere sub expresso & formali conceptu paternitatis & relationis ad filium: nondum enim intelligitur distincta, donec alia intelligitur, à qua distinguatur: tunc autem iam refertur ad illam actu relatione paternitatis & generationis.

CAPVT VI.

Satisfit argumentis Scoti in primo capite allatis.

Reliquum est, ut si quæ sunt argumenta huic nostre sentent. opposita, ea diluamus. Primum autem satisfaciendum est argumentis Scoti allatis in 1. c. occasione quorundam præfens controuersia disputata à nobis est: deinde aliqua, quæ nobis obici possunt, dissoluenda sunt. Ad omnia vero argumenta Scoti, quæ continentur, prius intelligi eam personam esse, quæ generare, responderetur: ita esse; præterea tunc non considerari sub expresso conceptu paternitatis sic enim plane conuincerent non esse necessariam originem, nec personam patris esse principium generationis: nihilominus non considerari tunc personam constitutam aliquo omnino absoluto: nam secundum se ad producendum, relatione cōcipitur. Quomodo autem nihil obstat, relationem illam esse rationis & non realem, infra explicabitur. Quare ex argum. Scoti solum superest tertium in priori ordine positum, quod peculiarem habeat difficultatem. Eo vero probare nititur Scotus, generationem prius terminari ad absolutum, quam ad relationem, eo quod ad relationem non sit motus: id quod eo maxime confirmatur, quod relatum non potest ad aliud relatum formaliter terminari, sed ad absolutum: quare pater respicit filium prius constitutum proprietate absoluta, quam intelligatur esse filius.

Ego quidem fateor, relatum in creaturis non referri formaliter ad aliud relatum, sed absolutum: in diuinis tamen necessario referri debere ad relatum. De creaturis id mihi in adeo ex Arist. primum quia li. 5. metaph. c. 15. aperte docet, ideo visum non referri ad visibile, nec intellectum ad intelligibile, quia committeretur in definitione illorum inutilis circulus, ut late deduximus supra disp. 104. c. 1. cui doctrinæ consentiens S. Tho. sup. q. 25. art. 3. docet, omnipotentiam Dei non recte definiti per possibile, eadem omnino ratione, quia esset inutilis circulus in definitione, atque idemmet eodem prioris modo esset, si pater referretur ad filium, & per illum definiretur: ergo, si in visu & intellectu, quæ à quibusdam dicuntur relata tertij generis, non mutua putauit Arist. illud esse incommodum, idē in aliis relatis existimare debuit, aut si in aliis nullum est in intellectu & sensu esse non potest.

Deinde Arist. in predicam. cap. de relatis. nunquam dixit proprium esse relatorum, ut nō possit vnum cognosci, nisi cognito alio sub formali ratione relati: sed non posse relatum cognosci, nisi id, ad quod refertur, cognoscatur, id quod verissimum est, de

Vasquez in 1. p. tom. 2.

termino etiam absoluto, ut cognosci non possit relatum, nisi cognoscatur terminus, ad quem est relatum. Quia etiam ratione definiens Arist. relatum, quod non tantum dicitur, sed est aliud, non dixit, relatum est, quod est aliud relatum, sed cuius totum esse est aliud esse.

Quocirca placet mihi sententia Scoti in 1. disp. 30. q. 1. aliterit, relata in vniuersum terminari formaliter ad absolutum, dummodo id solum intelligat in reatiuis creatis, nam de diuinis personis alia ratio, ut subinde dicemus. Ex quo sequitur, relatiua multo melius definiti per terminum absolutum: nam si per terminum relatum definiantur, committitur inutilis circulus, dum vnum per aliud, & contra definitur, & incidemus in negationem repetendo definitum in definitione ponendo definitionem nominis positi in definitione loco ipsius nominis hoc modo, visus est eius, cuius est visus per visibile definitur, nam visibile est, cuius est visus, quam negationem Aristot. vnitate contendit c. illo 1. citato. Et quamuis vere dicamus, vnum relatum esse alterius relati, ut dimidium dupli dimidium, & pater filij pater: & intellectus intelligibilis intellectus; id enim significauit Aristot. c. illo 15. cū per parenthesin dixit (*etiam si verum est dicere*) ut explicauit disput. 140. c. 2. nihilominus nobis non recte innotescit natura relati, cum per alterum relatum formaliter definitur, & ita Mathematici non definiunt dimidium hoc modo, quod est dupli dimidium; sed ita quod *vis sumptum reddit totum*. & sic de aliis. Arist. quoque 5. Metaph. c. 12. definit potentiam actiuam non per passiuam, quæ est correlata; sed hoc modo, *principium transmutatiuum in altero, prout alterum est*. Non dixit esse transmutatiuum principium transmutabilis ut transmutabile est; sed *in altero prout alterum est*. Sic etiam pater non recte definitur, qui habet filium quia rursus dicere deberemus filium esse, qui habet patrem; & ita æque ignotum vnum atque alterum post definitionem maneret: sed dicere debemus, pater est viuens, quod produxit aliud viuens in similitudinem naturæ à principio coniuncto: sic enim vtrumque definitione quoque generationis, quæ non traditur per ordinem ad genitum, sed ad substantiam absolutam tali modo productam. Si autem in ordine ad genitum daretur definitio hoc modo, *Est productio geniti*, ridicula esset definitio, nec naturam illius explicaret: cumq. eodē modo referatur generatio & Pater, si generatio referretur ad absolutum, & per illud definitur, idē de Patre dicendum est.

Verum contra ea, quæ diximus de negatione, videtur esse Arist. lib. 2. Elench. c. 6. nam 1. lib. c. 3. difficultatem proposuit in hunc modum: Si nihil refert loco nominis ponere orationem, hoc est, explicationem eius, facile homines cogentur nugari, hoc est, idem bis inaniter repetere. Cum enim duplum explicatum per orationem idem sit, quod simpli duplum, si dicat aliquis, *simpli duplum*, idem erit, ac si dicat, *simpli simpli duplum*, accipiendo pro illo vocabulo, *duplum*, quod erat in priori oratione. definitionem illius, nempe, *simpli duplum*: & si iterum pro duplo, quod erat in ea posteriori oratione *simpli duplum*, ponas eius definitionem, dicere poteris, *simpli simpli simpli duplum*. Responder autem in eo 2. libro capite 6. obscuris admodum verbis, quæ hunc reddunt sensum, nempe hæc nomina ad aliquid relata non significare idem coniunctum, atque separata, eo quod separata à

B b 2

termini-